

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Theses theologicae de norma veritatis et iudice
controversiarum religionis**

**Andreä, Jacob
Liebler, Jakob**

Regensburg, 1588

Disptatio. De norma veritatis et [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-128697](#)

DISPUTATIO.

DE NORMA VERITATIS ET IV.
dice controversiarum in Religione.

QVÆSTIO.



Vm iam inde à temporibus
Apostolorum vſq; in præsen-
tem diem variæ hæreses & cer-
tamina Ecclesiam DEI exer-
cuerint: non sine causa quæ-
ritur, quæ nam vnica regula
veritatis & iudex in contro-
uersijs religionis competens esse debeat ¶

1.

Scripturam sacram veteris & noui testamenti
vnicam veritatis regulam & normam esse, ex qua
omnes controversiae in doctrina religionis iudi-
candæ sint: apud omnes verè pios extra omnem
dubitatem positum est.

2.

Omnis enim homo mendax: solus autem Rom. 3.
Deus verax est in verbo suo.

3.

Hinc de Benhœnibus scriptum legimus,
postquam verbum Domini à Paulo & Sila prædi-

A 2 catum

Apost. 18. catum cum omni auditate suscepissent: eos quotidie scripturas scrutatos esse, num hæc ita se habarent, quemadmodum per Apostolos prædicata erant.

4.
Gal. 1. Si enim in Apostolorum doctrinam, quæ indubitate erat, inquirere, & iudicium ex scriptis Propheticis sumere licebat: multò magis Prophetarum & Apostolorum scriptis tanquam iudici omnium omnium doctorum scripta omnibus temporib. subiecta esse necesse est: secundum illud Pauli: si angelus è cœlo aliud Euangelium annunciaerit &c.

5.
Ez. 8. Huc Prophetarum & Apostolorum illustria testimonia referenda sunt. Ad legem & ad testi-
Psal. 118. monium: quod si non dixerint secundum verbum hoc &c. Item: lucerna pedibus meis verbum tuum. Item: hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, hunc audite. Item: habemus firmorem Propheticum sermonem, cui bene facitis attendantes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies illucescat.

6.
Etsi enim quædam difficultia & obscura in aliis
quot

quot locis scripturæ occurunt: salutis tamen ratio per clariora alia loca in eadem explicata est.

7.

Nihil verò Ecclesiæ iudicio per hunc iudicem detrahitur, sed eiusdem autoritas confirmatur: de qua Christus inquit: si Ecclesiam non audierit, sit tibi velut Ethnicus & publicanus. Matth. 18.

8.

Ecclesia enim absolutam potestatem non habet, sed verbo D E I alligatam & constrictam: secundum illud Pauli: si nos ipsi (Apostoli) aliter Galat. 1. Evangelizaremus; anathemata essemus.

9.

Iudicium ergò Ecclesiæ omne verbo Domini subiectum & ex eo desumptum, atq; per id confirmatum nisi fuerit, pro humano somnio, nequaquam verò pro Ecclesiæ iudicio & decreto suscipiendum est.

10.

Eadem quoq; est D. Augustini & reliquorum sincerorum patrum & Ecclesiæ Doctorum sententia. Augustinus. Sed nunc, inquit, nec ego Nicœnum nec tu debes Ariminense, tanquam præiudicaturus proferre concilium. Nec ego huius autoritate, nec tu illius detineris. Scripturarū auto-

August.
cōtra Ma-
ximum
Arianorū
Episcopū
lib. 3.
cap. 14.

A 3 ritatib.

ritatibus non quorumcūq; proprijs sed vtrisq;
communibus testibus res cum re, causa cum causa,
ratio cum ratione conferatur. Item Epist. 19. ad
Hieronymum: Ego enim fateor charitati tuæ,
solis eis scripturarum libris, qui iam Canonici ap-
pellantur, didisci hunc timorem honoremq; defer-
re, vt nullum eorum autorem, scribendo aliquid,
errasse, firmissimè credam, ac si in eis aliquid of-
fendero literis, quod videatur contrarium veritati,
nihil aliud, quam vel mendosum esse codicem, vel
interpretem non assicutum esse quod dictum est,
vel me minimè intellexisse, non ambigam. Alios
autē ita lego, vt, quantalibet sanctitate doctrināq;
præpolleant, non ideo verum putem, quia ipsi ita
fenserunt, sed quia mihi vel per illos autores Ca-
nonicos, vel probabili ratione, quod à vero non
abhorreat, persuadere potuerunt. Nec ego, mi
frater, te sentire aliquid aliter existimo, prorsus,
inquam, non te arbitror sic legi tuos libros velle,
tanquam Prophetarum & Apostolorum, de quo-
rum scriptis quod omni errore careant, dubitare
nefarium est. Absit hoc à pia humilitate & veraci-
de temetipso cogitatione.

11.

Ideo blasphemam & damnatam vocem collo-
cutorum

ed vniq
um cal,
iſt, 19. il
titati nū,
monici ap
mīg defi
o aliquid
aliquid et
conventi
dīcēm, id
līcum et
on, Allo
doctrinā
uia ipſi
tores Ca
vero no
e ego, m
proflis,
ros vello
, de quo
dubitare
e & verid
em colla
curiosa

cutorum in colloquio VVormatiensi à Pontifi-
cjs editam esse affirmamus : qua dixerunt : scriptu-
ram sacram non vocem iudicis , sed materiam litis
esse.

12.

Non minus blasphemam & execrandam Chu-
fani Cardinalis quoq̄ sententiam esse minimè du-
bitamus , cum inquit : non te moueat , scripturas
sacras esse ad tempus aptatas , & variè intellectas ,
ita ut vno tempore secundum currentem vniuersa-
lem ritum exponerentur , MVTATO RITV iterū
sententia MVTETVR . Item , scripturæ de benè esse
regiminis Ecclesiæ etiam inceptæ & continuatæ ,
nequaquam de essentia existere possunt . Item :
MVTATO iudicio Ecclesiæ MVTATVM est & DEI
iudicium .

Chufanus
epistola 2.
de via
commu-
nionis.

13.

Quisquis igitur scripturam sacram solam pro
vnico & sufficientissimo iudice controuersiarum
religionis non agnoscit , sed recusat , eum & causæ
suæ diffidere & cum ipso in religionis nego-
cio nequaquam disputandum esse ,
pronunciamus .



RATISBONE , excudebat Iohannes Burger .

DISP
SCR

Deo Pa

PRA
VEREN
VIRO, I
di Theolog
Preposito,
perpetuo ob
Stutgardia

